



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Tintinnabulum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

DE TYMPANO. CAP. XXII.

Laudate
Dominum
in tympano
& choro, f.
249. vers. 4.

Tympano etiam & choro laudari gaudet Deus. Per tympanum Gregorius lib. Epist. sexto ad Anastasium, abstinentiæ tenuitatem *ἰσχυροφικῶς* interpretatur, à materia scilicet ipsa qua constat tympanum: nam id dubio procul corium est ex pelle jam arefacta, quæ tamen prius diu fuerit macerata: ita vir jejunio confectus, ab omni luxu alienus, parce & duriter vivens, qui laudes Deo canat.

DE TINTINNABULO. CAP. XXIII.

Tintinnabuli forma
Nimirum
Tin tin.

Clere ad se nos videtur etiam tintinnabulum, quod Moisaicus Sacerdos, de quo 28. Exodi, ornatum Pontificio gestare jubebatur: ad imas enim tunicae simbrias aurea tintinnabula, malaque punica alterna appendebantur, ut eorum sonitus, quotiescumque Pontifex ingrederetur, egredereturve Sanctuarium, exaudiri posset. Significabat id, oportere sacerdotem, ut etiam in Cane dictum, assidue vocalem esse, nunc docendo, nunc arguendo, nunc exhortando, sapissimè vero consolando, quod nostra sibi fragilitas deposcit, oportuna remedia conquirendo. Itaque tintinnabulum prædicationis est & institutionis hieroglyphicum, de quo plura Gregorius idem lib. primo Epist. xxiv. Tintinnabula huiusmodi antiqui operis domi habemus: sunt autem ex orichalco, mespilii cavi forma cum fibula superne ad appensum apta. Intra concavum ærea immissa pilula est, quæ motata sonum impulsu reddit argutum, atque admodum suavem.

DE LITERIS SEPTEM. CAP. XXIV.

Atque ut ad Muscam redeamus, aliis quoque signis ea pingi solita est, non iis tantum, quæ propria sunt illius instrumenta: quare superest ut quid Ægyptii per vocales numero vii. significarent, afferamus, & ita Musicos hos numeros absolvamus.

MUSA. CAP. XXV.

Sic Boetius
lib. 1. de Mu-
sica tradit
antiquitus
harmonicam
rationem he-
ptachordati-
onis con-
stitisse, hoc
est, si ab his
septem qua-
rum summa
est 49, si
ima 1, 2, 3, 4,
Vocalium
fides.

Illi siquidem digitos duos literis septem insignitos præferentes Musam, ut Horus ait, significabant. In quo advertendū vulgatos Hori codices fæde depravatos circumferri, qui *πρεγμαται* septem, non *ζεάματα*, habent. Cur vero nos Vaticanæ bibliothecæ codicem in quo *ζεάματα* est, non *πρεγμαται*, scriptum est, castorem judicaverimus, ea in causa sunt, quæ apud veteres tradita reperimus super septem vocalium significato, quibus Musica omnis exprimi solita. Nam Demetrius Phalereus in Commentariis *ἑβδόμησιν*, Ægyptiorum fuisse morem ait, septem vocalium modulata enunciatione Deos collaudare. Septem porro vocales Plutarchus Musicæ totidem vocibus accommodat. Et Phurnutus, ex veterum dictatis observat, septem esse diversos tonos, quibus omni tota modulatio constaret. Vox vero ipsa septem patitur qualitates, acutam, gravem, circumflexam, denfam, tenuem, longam, brevem. Ac veluti est apud Philonem, septenarii numeri proportio est valde Musica, quippe qui sex ad unum sexcuplarem habeat: sexcuplaris vero ratio maximum in re proposita intervallum facit, quo quidem acutissimè à gravissimo separatur. Cæterum & quinque ac duo vim plurimam in harmonia demonstrant, ipsi τὸ *ἑβδόμων* fere æmulam. Et ut semel dicam, hebdomada cum ex ternario quaternarioque constet, harmoniâ omnem amplexatur, quippe *ἑβδόμων* & *ἑξάμων* & *πεντάμων*. Omnes quoque proportiones, Arithmeticam, Geometricam, & Musicam. Quod vero diximus ex Plutarcho, vocales eas fuisse literas quibus forte uterentur Ægyptii, ne qui Græcè nesciant, dictum mirentur, sciendum apud Latinos vocales duas, E, scilicet & O, figura unamquamque eadem vi tamen & tempore & enunciatione diversas esse, quarum unaquæque apud Græcos suo insignis est caractere, atque ita septem omnino esse, ad humanæ ipsius vocis conditionem excogitatas. Ex his notum